Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 663

Nymphas.musas. Iugera.habuit enim hæc iugera i æsqliis:& his ρtētus ab Ora. fuisse ρhibeť: nisi qđ in ædificioꝶ mole re ρ̄hendiť: ex q̄ exulans in sabinis & ipsius Horatii agrū spectare poterat. Pierides phœbū. colens ipse Mecœnas musas stu- diosissime venerabať poetas: vt Virgiliū Horatiū:Propertiū. Argutas.sonoras quæ aues erāt in tuis hortis:vel aues poe tas intelligit.q.d.Mecœnatē esse numerā dum inter sonoros poetas. Meonii.cō- mendat Mecœnatē a poetica.Meon.id ē Homeri.nā variæ fuerūt sentētiæ de ipsius patria.ephorus em̄ cumæū dixit: pindar⁹ smyrnæū: & chium Antimachus: & Ni- cander Colophniū: Aristarchus & Dio- nysius Athenienſem: Aristoteles hietem: nonulli salaminium: alii argiuum conten- dunt. Oui.meoniū:vnde est: Aspice mœ- nidem a quo ceu fonte peremni Vatū pie riis ora rigant aquis. Marmora.marmo rea. Faceret.facere poterat. Defunctus. emeritus. Pius.pii dicunť qui maiores suos excolūt. Illū piscosi.Octauius vicit Sextū pompeiū bello nauali in mari sicu- lo. Piscosi.asperi. Pelori.pelorus sūmis est ex promōtoriis siciliæ aduersus italiā. Rates.s.Sexti pompeii. Puluere i æma thio.æmathia appellať Thessalia ab æma thione filio Deucalionis. Saxa pelori. notat Mecœnatē fuisse secutū Augustū i bello contra Sextū pompeiū per Agrip- pam & fratrem:& cōmissa pugna nō a ca- rybdi & scylla ea parte qua pelorus italiā respicit. Piscosi em̄ dicit: quia circa ipsum ρmontorium propter aspera saxa optimi sunt pisces. Illū.Mecœnatem. Ignib⁹ id est incendere naues inimicorū. Phi- lippi.campi thessaliæ a philippo rege de- nominati. Puluere æmathio.id est certa- mine. nam & contra Cassium & Brutum Mecœnas Octauiū secutus est.Tener fuit ꝭm Senecam:qui eū mollissimū dixit cor- pore etiā effœminato. Niliacæ carinæ. significat & illuꝫ fuisse secutum Augu. ad bellum actiacum habitū tamē contra An- tonium & Cleopatrā:quā nauigia seque- banť ægyptiaca vnde niliacæ dixit. Cir- cum.quādo erat & ante et circū Aug.erat semꝑ fortis. Secutus. Octauius victo- ria potitus est de Antonio & Cleopatra: quam idem Antonius imperio vrbis or- nare pollicitus fuerat in stupri præmium:verum deuictus est:& Cleopatra Alexandriā vsqꝫ ad nili caput aufugit. Aeoi.autē militis quia ex oriēte ipsam plures sunt secuti:& Herodes rex iudeoꝶ:& amathus arabiæ:& Polemon ex ponto & bessi: & Philadelphus ex paphlagonia: & glices quando Mithridates ex comagena Amyntas lycaonius ex mauritania:& pene totus oriēs. Ipse.Mecœnas:q exactis bellis dedit operā musicæ & poeticæ. Hic.Mecœnas. Fœmia turpis.Cleopatra meretrix. Dotalē.qa in cō- uiuiis & crapulis Antoni⁹ ρmiserat imperiū vrbis:hic Mecœnas i ρfugos ægyptios fugiētes quos pe- pulit vsqꝫ ad orientē. Bacche.vertit sermonē ad Bacchū & colligere hinc possum⁹ ex poetæ verbis:q vi ctoriæ & triūpho ipi⁹dei interfuisset:se dicit Gallū poetā opus hoc scripsisse:quippe i cui⁹corp⁹ euphor- bi & pythagoræ ac Homeri & Ennii aio intrasse ρbat:verū fuerit sit vel ne icertū habeo qcūqꝫ ille sit oino refert. Coloratos.nigros factos calore solis. Alibi Vir.in geor.iiii.vsqꝫ coloratis amnis deuex⁹ab indis Tunicæ.vestes longe duas.s.vestes habuisse eo tpe. Thyrsos.hastas pāpinis inuolutis:qbus in sacris Bacchi & choreis vtebanť. :Purpura.etiā repiť alba quū ρprie sit rubra. Tibi cōsulto.o bacche. Vix

Maluit vmbrosam quercū:nymphasqꝫ canētes
  Paucaqꝫ pomosi iugera certa soli.
Pierides phœbūqꝫ colēs in mollibus hortis
  Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora meonii vincunt monumēta libelli.
  Viuitur ingenio:cætera mortis erunt.
Quid faceret:defunctus erat:comes īpiger idē
  Miles:& augusti fortiter vsqꝫ pius.
Illum piscosi viderunt saxa pelori
  Ignibus hostiles reddere ligna rates.
Puluere in æmathio fortem videre philippi
  Quā tener ille fuit:tam grauis hostis erat.
Cum freta niliacæ texerunt lata carinæ
  Fortis erat circum:fortis & ante ducem.
Militis æoi fugientis terga secutus
  Teritus ad nili dum fugit ille caput.
Pax erat:hæc illos laxarunt ocia cultus.
  Omnia victores marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno
  Postq̄ victrices conticuere tubæ.
Hic modo miles erat: ne posset fœmina romam
  Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos tantū curauerat arcum
  Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postq̄ deuicimus indos
  Potasti galea dulce iuuante merum
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:
  Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor:& certe memini sic ducere thyrsos
  Bacchia purpurea candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus:& auro.
  Serpentes hederæ vix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos.
  Vixerunt:certe:nec puto bacche negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus:

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0662
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG